



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Monumenta Paderbornensia

Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>

Francofurti ; Lipsiæ ; Norjbergæ, 1713

Privilegium Caroli M. Imp.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29975

PRIVILEGIUM


CAROLI M. IMP.

Osnabrugensi Ecclesiae datum XIII. Kal. Jan. An. III.
Imperii, qui est annus Christi
DCCCIII.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Karolus imperator augu-
stus romanum gubernans imperium qui & rex francorum & lan-
gabardorum nec non modo dominator & saxonum. Notum sit
omnibus sanctæ Dei ecclesiæ fidelibus nostrisque presentibus scilicet
& futuris qualiter nos ob nostræ mercedis augmentum Wihoni Osnabru-
kensi episcopo suæque ecclesiæ quam nos primam omnium in
saxonia in honore sancti Petri principis Apostolorum & sanctorum
martyrum Crispini & Crispiniani construximus quoddam nemus vel
forestum infra hæc loca situm. farnevinkil. rutenstein. angeri. os-
ning. sinedi. bergashovid. drevenstmeri. dumeri. collaudatione illi-
us regionis potentum cum omni integritate in porcis videlicet silva-
ticis atque cervis avibus & piscibus omnique venatione quæ sub banno
usuali ad forestum deputatur ad similitudinem foresti nostri aquisgra-
num pertinentis in silva osningi in perpetuum proprietatis usum do-
navimus ea videlicet ratione quod si quisquam hoc idem nemus no-
stro banno munitum sine prædictæ sedis episcopi licentia studio ve-
nandi vel silvam extirpandi vel aliquod hujusmodi negotium pera-
gendi umquam intrare præsumperit. sciat se tam divinæ quam & re-
giae ultionis vindictam incursum. nec non pro delicto sexaginta so-
lidos nostri ponderis quos nobis pro banno violato deberi statuimus
redditurum. Insuper vero eidem episcopo suisque successoribus per-
petuam concedimus libertatem & ab omni regali servitio confirma-
mus absolutionem. nisi forte contingat ut imperator romanorum
vel rex grecorum conjugalia federa inter filios eorum contrahere di-
sponant tunc ecclesiæ illius episcopus omni sumptu à rege vel impe-
ratore

Pp 2

ratore adhibito labore simul & honorem illius legationis assumat & hocea de causa statuimus quia in eodem loco grecas & latinas scolas in perpetuum manere ordinavimus & nunquam clericos utriusque linguae grecas ibidem deessemus in Dei misericordia confidimus. Et ut haec auctoritas firmior habeatur ac diuturnis temporibus melius conserveatur manu propria subter quam roborare decrevimus & de anulo nostro sigillare jussimus.



Amalbertus ad vicem Ercanbaldi recognovi



Data XIII. Kl. Jan. anno IIII. Christo propitio Imperii nostri & XXXVII.
regni nostri in Francia, atque XXXI. in Italia. Actum Aquisgrani
palatio in Dei nomine feliciter
amen.

CA.